



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 6. Continuata Cardinalis Noailii perlinacia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

posset, prius Pontifex eis plenam sub-
missionem datis ad eos literis præci-
peret. Denique Rex Papam rogabat,
ut ejusmodi Concilium haberi, illud-
que vel per Legatos, vel per ipsum
Regem convocari permetteret, ac Pur-
puram, qua Noaillius spoliaretur, Mel-
denfi Episcopo concedere & Noaillum
fors ad pœnitentiam reductum rursus
Cardinalium Collegio adscribere vellet.
Amelotus die decima septima Augusti
demandatum sibi hoc negotium pro-
posuit Pontifici, qui eidem respondit,
se quidem ad importunas Regis preces
Concilii celebrationi annuere, petere
tameu, ut prius omnia Sedis Apосто-
licæ auctoritati contraria removerentur,
velle etiam, ut cuilibet ex opponenti-
bus per singulare Breve submissio præ-
ciperetur, se in hoc ipsius Regis exem-
plum sequi, qui eis inhibuit, ne epi-
stolam omnibus communem, sed qui-
libet *specialem* suo nomine Romam mit-
terent, ne in Clero *corpus* facere viderentur.
Hoc Pontificis responsum Ame-
lotus ad Regem perscripsit, ejusdem
desuper sententiam præstolaturus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

Vid. supra
pag. 618.]

§. VI.

*Continuata Cardinalis Noaillii
pervicacia.*

C 4

Inte-

Sæc. XVIII. Interim Philopaldus nil intentatum re-
 A. C. 1715. liquit, ut Cardinalem Noaillium ad
 revocandum suum mandatum anno
 priori die vigesima quinta Februarii e-
 ditum permoveret, hancque in rem ei-
 dem proposuit, id sine sui honoris di-
 spendio facile fieri posse, ipsam enim
 Constitutionis acceptationem fore taci-
 tam revocationem, aliunde vero eum
 suis literis opportune inserere posse, se
 eo libentius suum mandatum revocare,
 quo gravior sibi accideret Pontificis of-
 fensio. cum tamen non alio ex fine
 hoc mandatum vulgasset, nisi ut ejus
 Constitutio cum majore veneratione
 reciperetur. Die etiam vigesima octava
 Julii Bissyus Meldensis Episcopus, qui
 die vigesima nona Maij Romana Pur-
 pura decoratus erat, Noaillium acces-
 sit, ultimum perrumpendæ pervicaciæ
 arietem admoturus. Hic ergo Cardi-
 nali exposuit, ad tollenda Ecclesiæ
 Gallicanæ mala nil aptius, nilque pro-
 ximius esse, quam Concilium Natio-
 nale. cujus sententia absdubio sat fu-
 nestâ foret Noaillio: His dictis Bissyus
 eidem Papæ literas, quibus Bullæ ac-
 ceptatio interminatis etiam exauctora-
 tionis pœnis eidem injuncta erat, ex-
 hibuit: ad hæc vero Noaillius reposuit,
*paratus sum & non sum turbatus; hæc
 ipsa, reposuit Bissyus, animi tui malacia*
 inter

*Lafiteau l. c.
 pag 105.
 Dorfann.
 Journal.
 t. I. p. 203.*

inter furentes sævæ tempestatis procellas Sæc. XVIII.
 capiti tuo imminentes nil boni præfagire vi- A. C. 1715.
 detur: loquentem excepit Noaillius di-
 cens: tolerare cogor, quæ impedire ne-
 queo, scias autem, quod si relatio, quam
 de actis circa Constitutionem Regi reddere
 jussi estis, veritati consentanea non erit,
 responsum vulgaturus sim fors tibi oppido
 molestum; ad id pro tua prudentia ne me
 compellas velim; quam grave enim scanda-
 lum fidelium, acerrima Episcoporum inter
 se contentio!

§. VII.

*Firmum Franciæ Regis propositum
 de plectendis refractariis
 Episcopis.*

Postquam Ludovicus XIV. Galliarum Dorsanno
 Rex iterato experientiz documento Journal
 didicerat, sua indulgentia, & Pontifi- pag. 207.
 cis fluctuatione tam Noaillum Cardi- Act. publ.
 nalem, quam ceteros Episcopos oppo- Const. p. 185.
 nentes magis indies in sua pervicacia Mem. Hist.
 obdurescere, hinc firmum delibera- Et Politiq.
 tumque habuit, Noaillii causam pro- Sep. 319.
 ximi Concilii judicio decidendam com- Nov. 536.
 mittere. Eapropter non modo Ponti-
 ficis consensum pro celebrando hoc
 Concilio impensius sollicitavit, sed e-
 tiam eidem pollicitus est, quod ejus
 Bullam, qua Episcopi opposcentes in-
 termi-